Sequitur alia epistola eiusdem

Frater ꝑm carnem germane. in christi tamē charitate germanior. Sal⁹ et benedictio super te Tardiores ad te q̄ꝫ sperabam veniunt literule mee. non quia tui oblitus sum scit veritas. sed obstitit irruens aliorum negociorum turba que ad se me trahens abduxit a te. Nunc dato paululuꝫ ad respirandum spacio valefacio curis aliis. et tibi qui animum meuꝫ prorsus habes manū et calamū presto Fatebor in primis molliciem animi mei indicatricem q̄ꝫ nō satis adhuc totus sim capax ⁊ amator celestiū. quantū preterea tentator nō deest mihi sicut nec tibi scio. nec vlli penitus mortalium cuius vita est tentatio super terram Itaq̄ꝫ frater post/q̄ꝫ ab illa āgelica societate in humanis corporibus existente cui felicit̄ adiūctus es separati sumus nos illi quos vidisti. sensi equideꝫ tum in via. tum parisius teneritudinem erga te quādam in corde meo vltra q̄ꝫ alias sim expertus. Visa ē mihi tunc absentia tua onerosior. ⁊ sors durior supra solituꝫ. Gemebā ad te vt bos separatus a ꝯpare suo Dilaniabat insup ⁊ nō absq̄ꝫ sensu magno doloris q̄dāmō lacerabat animam meam euulsio separatio q̄ꝫ tui a me. Atq̄ꝫ inter cogitandum et loquendū de te procurrebāt non vocate lachryme ad oc̄los ⁊ egre mihi erat. Coarguebaꝫ me vicio in secretis anime mee. increpabam q̄q̄ꝫ ipsam hanc eneruationē meam stultam que cōdolebat felici tuo statui cui congaudere sciebam eē iustius Sciebam dixerim qm̄ me sciebam qn̄ scꝫ ad me rediens dicebaꝫ in lumine fidei et experientie ꝙ nihil est vita presens. quemadmodum ipsa est ad modicū parens. et omnis caro velut fenum et om̄is gloria eius q̄si flos feni. et multa similia exinde ꝯsiderabā Consurgēs intrabā sanctuariū dei ⁊ ꝯsiderabā viuacit̄ nouissima iustoꝝ dies antiq̄s et ānos eternos. Tunc v̄o tu m̄ felix. ꝓ q̄nto felicitateꝫ hic spes inchoat. tu salubriter positus. tu in portu quadā secularium fluctuū atq̄ꝫ procellarū nauigare videbaris Magnificauit anima mea dn̄m. et exultauit spirit⁹ meus in deo salutari meo. Ita frater mihi erat dum bn̄ erat et dominabat̄ ratio. Sed ex aduerso vicissim de repēte insurgebat tumultus ingens carnalium affectionū. q̄ tuā apud me obiectabāt imbecillitatē in corpore. penam intolerabilem in austerilitate religionis tue cōclamabant. Querulabat̄ apud me de me ipso sensualitas stolida. me durum increpans. me culpabilē insusurrās ꝙ parū fraternaliter et pie olim te tractasseꝫ. et nunc velut vnū ex aduenis et extraneis a me procul abiicerem Fuissꝫ inquit necessaria tibi et iocunda societas eius. fuisset etiam sibi cum salute anime sue tecum minor asperitas vite Ita perstrepabat in auribus meis sensualitas improba que ceca est. tm̄mō presentia vix aspiciēs. et de sola corporis vo

luptate curam habēs. Ita felicitatem aliene sortis miserā suadebat. non aduertens ipsa. q̄z misera et miserabilis et pauper et ceca et nuda sors propria. Fassus sum tamen et repeto q̄ eius vocibus grauiter impellebar et parū oberat quin in suam me traduceret sententiam. Sed obnitebat sicut deo propicio iugiter ratio fide illumiata. Hec tibi tuoq̄z statui congratulabat vehementer. et de meo congemiscit. nec fallitur. Hec nō molestiam tui corporis. nō abdicationē sordide voluptatis. nō ieiuniorū vigiliarūq̄z extenuationē non frigus aut estuz considerat vt talia in te deploret. defleret potius si ab his licenter sepositus atq̄z liberatus in seculo morbos vicioz̄ perniciosissimos et crudelissima vulnera introrsus incurreres. si religionē talibus aduersam pestibus refugisses. si relicto manna deserti et via p̄ missionis ad ollas aspirasses egypti. et in deuiū damnationis retro aspiciens corruisses. Prudēter sane elongasti fugiens vt saluus fieres a pusillanimitate spiritus et tempestate. Nunquid tempestas in seculo est vbi pessima oragiosissimaq̄z sordet vbiq̄z societas. vbi iniquitas ē et labor in medio eius et iniusticia. q̄ nō defecit de plateis eius vsura et dolus. et similia monstrorum crimina conuersant? Quamobrem frater dilectissime cordis mei noli animo cōtabescere si forte p̄senseris irripere in animam tuam molliciem illam tibi insidiantem. qualem de me nunc explicui. Suspicor enim hoc tibi faciliter euenturum. q̄m̄ non dormit qui tentat te. sed non dormit etiam qui custodit te. Exurge velociter ergo ad eius auxiliū et dic cuz glorioso Martino in cuius solennitate p̄fessus es. Dñs mihi adiutor non timebo q̄d faciat mihi homo. Noli securitatem a tentatōnibus tibi ininiter polliceri. quin potius audi sapientem. Fili accedens ad seruitutē dei sta in timore et iusticia q̄ prepara animam tuam ad tentationem. Siue ergo ista tētatio seu alie multiformes insurgant aduersum te. viriliter age et confortetur cor tuū et sustine dñm. Denique frater charissime noli in vanum gratiam accipere que data ē in te. Noli obmurmurare. noli ingratus esse. sed dic cum p̄phera Misericordias dñi in eternuz cantabo. Dic anime tue. Bñdic anima mea dño et omnia que intra me sunt nomini sancto eius et cetera q̄ sequuntur. Ille enim qui segregauit te ab vtero matris tue. segregauit nunc a seculo et future hereditatis pign̄ dedit. Ille qui a puero miserius est tibi. dans tibi cor pium et timoratum q̄ super afflictos compatiens. superadidit misericordiam vt te repelleret a seculo nequam. in quo iam demergēdus pene fueras irreuocabiliter si licentiam aut magisteriū in artibus adeptus fuisses vt proprias coniecturas ex alīs recipe. Porro magna ē misericordia dei hec q̄ neminem e parentib̄ vel amicis habuisti. qui volēs (vt fit)

te aliquem magnũ esse in seculo fuerit aduersarius propositi tui. Mihi longe aliter est et fuit assiduet ceteris innumeris in experiẽtie libro legentibus. quoniam inimici homis domestici eius. vt enim succurrat liberis. eos nunqꝫ liberos esse volũt quanqꝫ mihi multo minor fuerit inimica dilectio fuit tamẽ. Deniqꝫ noli obliuisci misericordiaꝫ dei in progenitoribus nostris et germanis sororibus. in matre presertiꝫ que inefabilibus votis etiam ante tui conceptum te talem aliquez a domino quesiuit velut Anna altera Samuelem. deinde natum et adultum iugibus fere lachrymis in hoc te statu sicut pie sentio pergemuit. Meministi vt opinor litteraruꝫ q̃ super hoc prebent indicium. et que alterã Augustini matrem repreſentant eaꝫ erga te Reddes ei vicem orationum tuarum. Et in te vno nos omẽs erga deum intercessorem habebimus Ita age frater et vale in dño feliciẽ Supplico recommendari patri nostro venerabili dño priori domus vestre et singulis fratribus habitãtibus in ea. Nondum scripta habeo que tibi mittere disposui. tu interim stude in vno voluminuꝫ Augustini super psalterium quod apud vos eẽ noui. Est enim doctrina hec christiana. tibi tuisqꝫ similib' qui quotidie psallitis supra modum vtilis et appropriata. quatinus ex fauo ardo littere psalmorum mel sapidissimum internorum sensuum cantãdo noueritis eliquare Iterum bene vale cum tuis patribus et fratrib'. oremus pro inuicem. Scriptum quinta decembris

Sequitur alia epistola ab eodem edita.

Venerabilis pater et domine i christo dilectissime nõ indignetur obsecro charitas vestra si id ipsum quod agitis et hucusqꝫ egistis presumo commonere de q super filio vestro ffe meo Nicolao. Multum quippe solicitor quia multum diligo. quãtum si Nasoni imo experientie credimus res ẽ soliciti plena timoris amor Supplico igitur pauidus et in christi visceribus synceritatem vestre dilectionis obtestor. vt non deseratis opus vestrum in eodem fratre meo. quin fragilitatem suam in anima et corpore pia iugiẽ compassione supportetis. Exhibete queso vos assidue talem et taliter erga eum vt omnes necessitates suas etiam corporales cuꝫ omni fiducia vobis aperiat. Alioquin periret ex facili in simplicitate a timorositate sua aut per feruorem indiscretuꝫ in lachrymis aut alĩs religionis que per se dura est exercitijs Scitis quoniam supra vires est opus quod professus est. adeo vt ammirer et extimescam vehementer dum mecum reco

gito. et deficerem si non eēt spes in deo. et post eum in vobis amande pater et in alijs fratribus vestre religionis de quibus sperandum rationabiliter esse censeo ꝙ non crudeles sunt. nō indiscreti vt perdere sinant animam pro qua domin⁹ mortuus est. et quam tanta concordia secum assumendam post longas ꝓbationes decreuerunt. Credat igit̄ per omnia se et sua vestro consilio sicut creditur esse confido. securus reddor nō peribit. nec pereat obsecro precor et supplico. Sed habeam in eo oratorem perpetuum apud deum. in quo bene valete. memineritq; mei peccatoris. Scriptum Parisius in nocte conceptōnis virginis Marie gloriose.

Sequitur alia epistola ab eodem edita.

Attulerūt eximie charitatis vestre littere nō paruum leuamē infortunio meo sicut spero felici. Est enim flagellum patris misericordiarū. quod vsq; mō vere supra spem et omne meritum meum temperauit. Fecit enim cū tentatione prouētum vt possem sustinere. Gratias igit̄ vestre benignissime pietati que compassionem prestitit taliter flagellato. q̄ plena cōsolatione documenta superaddidit. que demum p̄conijs qualia nec vsurpo mihi nec eis me dignum censeo pregrauauit. Sic plane sic decebat sapientiam professos. vt vnum e consortio suo quanq; abortiuum quia tamen in tribulatione posituz solarentur. Per etsi absq; vlla fictione cum laboribus plurimis et expēsis olim iam conatus sum debiles humeros meos et fragilitatis sue consocios subducē oneri tanto cancellarie parisienſ. et in alium gradum trāsferre nihilominus inegressibili quodam laberinto circumactus. et quasi posueriz pedes meos in rete et in maculis eius ambulem. confusus sū ab expectatōe. sentioq; illud terentianum ꝙ nō licet hominem sepe esse vt vult Mādatus sum quippe ab illo cui post deum me et oēs operas meas debeo: dn̄m meū dominum burgond̄ loquor. cuius vtinam aliud circa me⁊ pro me modestius humlius salubriusq; consiliū extitisset. ignoscat deus id ipsuz cōsulentibus. Ibam obediens. sed impediuit iter meū qui olim asine Balaam obstitit et interim ab executione officij cancellarie me spontaneum illud etiam prorsus deserere paratum. tamen illud pro obedientia exequi volentem suspēdit. in qua refacio quod mandatis. neq; aliud pro nunc subesse video et substituo enim pro exercendis omnibus que presens agerem cum solennitate factuz mitto. Bene valete mei memores in orationib⁹ vestris. Scriptū brugis. xxvij. aprilis.